



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 83. Seditio Helvetiorum peditum contra Ducem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sacri. XV. cui supremum belli imperium deferret.  
A.C. 1500. Sua quidem obsequia Ambasie Cardina-  
lis offert; verum cum ipse militaris  
scientiae expers esset, ei pro summa re-  
rum adjungitur Ludovicus Trimollius.  
Ergo per singulas Provincias dividuntur  
Gallorum copiae, simulque omnes summa  
solertia Delphinatum versus contendunt,  
jamque die sexta Aprilis ductore Divio-  
nensi Praefecto decem Helvetiorum, &  
sex peditum Gallorum millia præter mil-  
le quingentos cataphractos unacum suis  
sagittariis equo vestis Montarense urbi  
appropinquant. Praeibant Cardinalis &  
Trimollius, qui primo adventus die Tri-  
vultum non modo cum Ligniacensi, sed  
cum ipso etiam Albinio jurgia foventem  
experiebantur.

§. LXXXIII.  
*Seditio Helvetiorum peditum contra  
Ducem.*

Ceterum Mediolanensium Dux Gallo-  
rum accessum, ac numerum edoctus,  
tota armorum vi Novarrensis arcis, cui  
Bayardus præerat, obsidionem urgere  
cœpit. Ergo Cardinalis de Ambasia &  
Trimollius quantocius exercitum admo-  
vent, laboranti arci opem laturi; ast ir-  
ritus plane fuisse eorum conatus, nisi  
eo forte die sic casus consilium adjuvis-  
set,

set, Gallis non minus secundus, quam Sæcul. XV.  
Ludovico Duci summe funestus; cum A.C. 1500.  
enim flos, roburque exercitus sui præcipue ex octo Helvetiorum millibus constaret, hujus gentis Belliduces, quo demum obtenu ignoratur, iniquissimo tamen Ducis tempore clandestinum foedus cum Gallis vix Novarræ appropinquantibus inierunt, polliciti, se illis pacta pecuniarum summa Ludovicum Ducem tradituros, idque tanta taciturnitate premebant, ut nec pretium, nec proditorum nomina vel unquam innotescerent. Re tamen utrinque conventa iunctim Mediolanensem Ducem adeunt, unius mensis necdum evoluti stipendia postulant, declarantque, nisi eorum petito satisfaceret, se quamprimum in patriam redituros. Dux pecuniis destitutus, suppellectilem argenteam offert, quam illi acceptantes ad sua castra revertuntur. Verum Ludovicus futuris malis obviaturus, simulque veritus, ne Helvetii stipendi pignus secum afferrent, Cardinali Ascanio fratri suo negotium dedit, ut sine mora octo millia peccatum Italorum, ac quadringentos equites Mediolano Novaram adduceret, omnique cunctatione remota aurum transmitteret; jussis parvit Ascanius: attamen harum copiarum adventum singulari celeritate prævenerat Trimollius, qui suis  
in

**Sæcul. XV.** in duo agmina divisis, uno obsidicem  
**A C. 1500.** solvere, altero vero, quod Albinus mo-  
derabatur, hostibus Ticini fluminis traje-  
ctum interdicere parabat, nec improspe-  
ro successu; Albinus enim adeo dextre  
demandata sibi defunctus est provincia,  
ut Ducis copiæ flumen transmittere, ne-  
quidem ausi essent.

## §. LXXXIV.

*Ludovicus Sforzia captus, ac Helvetii  
habitu indutus Lugdunum de-  
ducitur.*

**Dux Mediolani** spe sua delusus, prælii  
discrimen experiri simulat. Jam im-  
peria equites sui accipiebant, ad omnem  
Morian. l. 27  
n. 137. rei strenue gerendæ dexteritatem inten-  
tis mentibus. Ast Helvetii eo temporis  
Naucler.  
chron. gener.  
51.p.515. articulo, quo summa rerum haud ultra-  
simulationem patiebatur, aperte decla-  
rant, sibi integrum haud esse, illius impe-  
ratis obedire; obstare enim suorum Ma-  
gistratum jussa, quibus adversus propin-  
quos, ac fratres suos, qui in castris  
Gallicis militarent, decertare prohibe-  
rentur, proin nulla mora in patriam redi-  
re juberentur. Evidem Mediolanensis  
Dux nil intentatum relinquit, ut Helve-  
tios in fide contineret; instat, urgetque  
qua

